


Sigismundus primus rex Polonia, re-  
gentibus Austria.

252


 Spectabilibus et magnificis dominis, vicedominis,  
 rectoribusque provinciarum inclytæ domus Aus-  
 triæ, etc: sincere nobis dilectis. Spectabiles et  
 magnifici sincere nobis dilecti. Proficiscitur  
 ad Italiam et ducatum nostrum Baren-  
 seno venerabilis Joannes Andreas de Valen-  
 tina prepositus Sandomiriensis et medius  
 noster in negotiis nostris arduis à nobis  
 nuntius illuc missus. Acturus est iter per  
 terras et ditiones inclytæ Austriae Domus. Sum  
 vero sciamus serenissimum dominum Ferdi-  
 nandum Bohemia regem et archiducem Aus-  
 triæ modo isthinc abesse; rogamus vos, ve-  
 litis dicto nostro nuntio literas tales dare,  
 quibus fretus cum universo comitatu, equis,  
 familia, sarcinisque, secure et expeditè ad  
 destinatum sibi à nobis locum per dictas  
 terras ire et redire posset. Id nos vobis omni  
 erga vos favore et benevolentia nostra recom-  
 pensabimus.

22

Faint, illegible handwriting in a cursive script, likely a historical document or manuscript. The text is mirrored across the page, suggesting bleed-through from the reverse side.